



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

152. Corona ex spinis capiti Iesu imponitur, & tunica purpurea indutus à militibus irridetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
qui dicitur Christus? Dicunt omnes, Crucifigatur. Ait illis præses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabât, dicentes, Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens, Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. * 152.	Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellis cæsum vt crucifigeretur. * 152.	homicidiû & seditionem misit fuerat in carcerem, quem petebant, Iesum vero tradidit voluntati eorû. * 154.	Cap. 19. Tunc ego apprehendit Pilatus sum, & flagellauit * 152.

CAP. 152. Corona ex spinis capiti IESV imponitur, & tunica purpurea induitur à militibus irridetur. Matth. 27. * 151, Mar. 15. * 151, Iohan. 19. * 151.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes.
T unc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: & exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei, & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum, illudabant ei, dicentes, Ave rex Iudæorum. Et expuentes in eum, accepterunt arundinem, & percutiebant caput eius. * 154.	M ilites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem: & induunt eum purpura, & imponunt ei, plectentes, spinam coronam. Et ceperunt salutare eum, Ave, rex Iudæorum. Et percutiebat caput eius arundine: & conponentes genua adorabant eum. * 154.		E T milites præsidis circumdederunt eum, & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum, illudabant ei, dicentes, Ave rex Iudæorum. Et expuentes in eum, accepterunt arundinem, & percutiebant caput eius. * 154.